



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Patris Alberti Chanowsky è Societate Iesv
Vestigivm Boëmiæ Piæ seu: Res Qvædam Memoratv
dignæ, quæ in Boëmia præsertim in Districtu Prachensi &
Pilsensi, vel ab hominibus sunt piè erga Deum ...**

Chanovský, Albrecht

Pragae, 1659

Auctaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50656)

um, S. Ioannis Hierosolymitani. Erant olim inibi duodecim sacerdotes eiusdem ordinis, qui etiam, vicinas Parochias administrabant. In templo ejus Arcis est sepulta quædam puella, quæ à Matre Iudæis vendita ab illis occisa fuit. Et cum hoc rescissent Christiani, corpus acceperunt, & in templo arcis sepeliverunt, ubi in lapide sepulchri Cruce signato hæc scripta sunt: *Puella annicula Dorothea à Iudæis occiditur die Martii Prima 1503.* Vnde Iudæi non habitant ab eo tempore in illo Dominio, Mater verò illa est combusta.

Auctaria.

[De sanctitate Martini Strakonicky Parochi in Strassinie sepulti in Blizivvi dictū est in vita Patris Alberti Chanovvsky toto cap. 3.

Novædomi celebris est Fabianus, seu Favianus, Marzan Dominorum de Rosis seu de Nevadomo ibidem quondam cocus, qui relictâ Aulâ se contulit in Eremū quinque horarum itinere indè distantem; ubi cum vitam sanctè finivisset, omnes Novædomi campanæ ultro nemine impellente pulsabantur: quo iudicio Mors ejus prodita

ditā & corpus allatum honorificè sepultū
in Templo S. Ioannis prope medium Anno
Domini circiter 1400. Vestigia eius in lapi-
de durissimo supersunt in quo olim sede-
bat & cubabat.

Est in Cathedrali Templo Pragæ sepul-
chrum, atque è marmore albo monumen-
tum ad ipsum parietem, sacelli S. VVen-
ceslai collocatum cum hac epigraphæ.

D. O. M.

GEorgio Papelio Baroni à Lobkovicz
Domino in Duxavv, & Schvekensta-
in, Sacratissimo Imperatori Rudolpho II.
à Consilijs, Iudicijs Appellationum in
Boëmiæ Regno Præsidi, vitâ insigni cum
pietate transactâ defuncto Anno M. D. XC.
die XI. Septembris, Adamus Gallus Pape-
lius Fratri Germano mærens posuit, Vixit
annis XXXIV. Mensibus VI.

[Narratur sub ejus mortem in signum
ejus Sanctitatis, campanas divinitus im-
pulsas, nullius hominis operâ sonuisse.
De ejus autem pietate hoc speciale memo-
rant (id, quod tamen alii dicunt ab alio
quodam Domino itidem Lobkovvicio fu-